



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XVII. Die Markgrafen Otto und Albert erneuen, reformiren und  
vervollständigen der Stadt Salzwedel ihr Stadtrecht, am 16. März 1273.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XVI. Markgraf Otto beschenkt das Hospital zu St. Georg in Salzwedel mit Besitzungen in Ribow, Mechow und Thüriz, am 19. Dezember 1268.

Vniuersis presentem paginam visuris, Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, perpetuam in domino salutem. Noverint uniuersi tam presentes quam futuri, quod nos domui leproforum in saltwedele donauimus quatuor mansos cum omni iuris potestate ac proprietate perpetua in Ribowe, duos mansos in mechowe et duos mansos in turiz, sub eadem forma et proprietate perpetuo possidendos. Vt autem dictis infirmis de bonis superius nominatis suum commodum utilius et consiliusius disponatur, ipsa bona committimus procuratori concilii veteris civitatis saltwedele perpetualiter, vt sicut dictum est, qui ejusdem civitatis fovent concilium, de bonis sepe dictis commodum infirmorum ordinent ac disponant. Datum saltwedele, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>., XIII. Kalend. ianuarii.

Nach dem Originale im Salzw. Archive XXXIX, 1.

XVII. Die Markgrafen Otto und Albert erneuen, reformiren und vervollständigen der Stadt Salzwedel ihr Stadtrecht, am 16. März 1273.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Varietas temporum, multitudo tractatum adeo mortalium infirmat memoriam, quod necesse est ut adiuuentur uocibus testium ac testimonio litterarum ad hoc, ut acta ipsorum robur alicuius accipiant firmitatis. Hinc est igitur, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, uolentes iura ciuitatis nostre Saltwedele secundum quod eidem Ciuitati et Ciuibus a nostris progenitoribus sunt tradita confirmare, quedam etiam secundum nostrorum fidelium ac ciuium eiusdem ciuitatis consilium in melius reformare, quedam etiam ipsis de nouo tradere, notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod hec iura liberaliter ciuibus ante dicte ciuitatis damus et concedimus perpetuo, secundum quod in sublequentibus continetur. Quicumque uoluerit ciuis esse in Saltwedele, libere intrabit et ueniet ac recedet, sine grauamine quolibet et impedimento. Item quicumque hereditatem in Saltwedele emerit et anno et die in ea rationabiliter manserit et heredes illius hereditatis sint in terra, potius obtinebit possidens, quam aliquis alienus conuergens siue heres. Quicumque suo creditori pro debitis in iudicio presentatur, ad tria iudicia representabitur, post tertium uero iudicium Creditor de presentato secundum iustitiam ordinet, quod sibi magis uisum fuerit expedire, quod si presentatus effugerit, quia creditor presentatum sibi non representauit, iudici tres solidos uadiabit ipse uero pignus suum insequi poterit et ubicumque repertum fuerit, detinere. Item nullus extraneus, qui extra terras nostras ac patruelium nostrorum moratur, potest conuincere Burgensem in Saltwedele, nisi habeat testes in ciuitate manentes et hos ciues. Sed si aliquis ciuium in Saltwedele inculatur ab aliquo, qui in terris nostris aut patruelium nostrorum moratur, secundum quod ipse accusatur, ita se defendet, hoc est, si cum testibus de Ciuitate inculatur cum testibus de Ciuitate, si cum extraneis testibus, cum extraneis se defendet. Si uero aliquis de terris nostris, qui non est ciuis Saltwedelensis, accusatur ab aliquo ciue Saltwedelensi cum testibus, inculatus po-



terit se defendere cum testibus, vndecumque sint, dummodo sint homines fide digni. Item si quis Burgenfis alium Burgensem cum testimonio alloquitur, inculpatus cum ciuium suorum et non aliorum testimonio se defendet. De hiis, que vulgo Rade dicuntur, taliter procedetur, sicut femina in diebus solemnitatum incedit, hec habeat, cuicumque de iure cedunt, vbicumque sit manens, nec eum ulle res alie subfequentur. De hiis, que Herwede dicuntur, talis sit processus, sicut vir cum armis suam desiderat tueri vitam cum suis melioribus vestibus, hec habeat, cuicumque de iure cedunt, vbicumque etiam sit manens. Si autem filie sunt in edibus, optinent id, quod dicitur Herwede, similiter filii optinent Rade mortuis parentibus seu defunctis. Item quicumque aliquorum hominum bona mutuo receperit, uel pro aliis fidei iusserit et contingat eum mori, vidua sua et heres, ea que promiserat, dummodo notum sit consulibus, exfoluere tenebuntur. Item quicumque bona sua alicui mutuo dederit infra muros Saltwedelenses, licenter eum detineat infra muros cum nuntio iudicis et ciuitatis, vbi bona sua mutuo dedit ei, donec debita persoluat, uel ab eo secundum iustitiam absoluat. Milites uero et famuli nostri armigeri coram nobis solummodo stabunt iuri. Sed si ipsi proprio motu et uoluntate ab aliquo Burgenfi non coram nobis sed coram iudice ciuitatis super hiis, de quibus mouent querimoniam, uolunt iustitiam consequi, eidem coram eodem iudice statim respondeant accusati. Item quicumque deprehensus fuerit in eo delicto, quod Wanmate dicitur, et in mensuris secundum statutum et consuetudinem ciuitatis se non tenuerit, sed infregerit, tres marcas denariorum Ciuitati dabit. Item quicumque Consulem ciuitatis in ciuitatis seruitio existentem uerbis male tractauerit, dare tres marcas denariorum tenebitur ciuitati, dummodo notorium fuerit aliis consulibus ciuitatis. Item si pater et mater cum sua uoluntate et pueri, eundem puerum in sede matrimoniali legitime locauerint, idem puer contentus esse debet in rebus, quibus desponsatur, et si pater uel mater moritur, ad heredes reliquos non redibit, exceptis bonis feodalibus, in quibus filii jus habebunt. Si uero omnes alii heredes moriuntur, in hereditatem redeat primus heres. Item si pater et mater omnes pueros suos legitime locauerint, antequam moriantur, et postmodum unum ipsorum patrem uel matrem mori contigerit, pater uel mater superstes de bonis suis ordinabit et faciet que uoluerit, pueris suis nolentibus immo non ualentibus prohibere. Ceterum si pater superstes fuerit et aliam uxorem legitimam ducere uoluerit, hoc pueri prohibere aut defendere non ualebunt. Posito etiam, quod pater sepe dictus pueros habeat de uxore legitima secundo ducta, hii pueri post mortem patris eorum ipsius hereditatem obtinebunt, pueris suis prioribus in ea hereditate partem non habentibus, sed exclusis. Si autem heredes de secunda uxore non habuerit, primi pueri dimidietatem honorum, que in extremis uite sue reliquerit, optinebunt. Quicquid de patre sententiatum est, de matre ratum et firmum similiter teneatur. Item si pater uel mater habeat pueros, quos legitime non locauit, et aliquis ex his pueris moriatur, hic hereditabit in radicem et stirpem pristinam et priorem; Si autem radix et stirps mortua fuerit, puer mortuus hereditabit super proximos et primos consanguineos, qui nesten Gedelinge uulgariter nuncupantur. Item si duobus legitimis viro uidelicet aut muliere unum mori contigerit et heredes hereditatemque reliquerit, hanc hereditatem superstes uendere non ualebunt, nec quicquam ordinare poterunt de eadem, nisi fuerit de communi eorum consensu et unanimi uoluntate, uerumptamen si necessitas uite ipsis incumberet, unusquisque superstitum ad hereditatem pertinentium suam partem uendere ualebit ad necessitatem suam et uite inopiam subleuandam. Item quicumque inculpauerit alium cum testibus et non habuerit testes, pro tribus uiris, id est, si defectum in aliquo testium patitur, pro quolibet tres solidos uadiabit. Item omnis, cui iudicia in antiqua ciuitate Saltwedelensi commissa fuerint, et qui iudicio presidebit, super aliquo Burgenfi eiusdem ciuitatis iudicaturus, hic ueniet ante lobium iuxta



locum, qui Cruce brucke dicitur, ibique et non alibi iudicabitur. Item nullus Burgenſis de ciuitate Saltwedelenſi debet in ea detineri, niſi ſecundum iuſtitiam detineatur. Si autem detentus fuerit et hereditas ſua melior et pretioſior quam emenda ſuorum exceſſuum fuerit, ſe per ſuam hereditatem poterit mutare. Ceterum ſi aliquis ad aures percuſſus fuerit, et hic, qui percuſſus eſt, ſuum leſorem duobus viris probis et honeſtis convincere potuerit, leſor ſub hac forma emendabit iudici octo ſolidos, percuſſo octo ſolidos et ciuitati quatuor ſolidos dabit. Ceterum ſi aliquis cum baculis, ſiue armis, que wlgō Eckewapen dicuntur, percuſſus fuerit, baculatusque hoc tribus probis viris et honeſtis comprobare ac teſtificari ualuerit, leſores ſiue percuſſores ſic emendabunt, quilibet percuſſor dabit iudici unum talentum, percuſſo unum talentum, decem ſolidos ciuitati. Item nullus in die fori debet in foro Saltwedele aliquid emere, niſi fuerit in ea Burgenſis. Item ſi profugus in aliquius uenerit manſionem, ab ea non excipietur, niſi ſententiis et iudicio mediante: ſi etiam hoſpes domus iudici manſionem ſuam non defenderit, bonis hominibus ſcientibus, hoſpes innocens erit, ſi profugus euaserit. Item ſi aliquis cum armis, que wlgō Eckewapen dicuntur, uulneratus fuerit, nec leſus in eodem loco moritur, leſorem ſuum ad trinum iudicium perſequetur, et poſt tertium placitum teneri debet per quatuordecim dies, et illis finitis, ſi ſaucius moritur, uel ſi membro principali truncatus fuerit, uidelicet oculo, naſu, auribus, Crure, pede, brachio aut manu, leſor pro collo ſuo reſpondeat. Porro ſi leſus infra iam dictum tempus quatuordecim dierum conualuerit et leſor de uulnere convictus fuerit per tres probos viros in ciuitate manentes, manum ſuam dare tenebitur pro emenda, ſed ſi manum redimere uoluerit, uiginti talenta dabit, iudici octo, leſo octo, quatuor ciuitati. Item ſi aliquis homicida pro homicidio profugus factus fuerit, quod fecit, contra ipſum ad trinum iudicium procedetur, et in tertio placito proſcribi debet, nec aliquis debet mulierem legitimam, uel pueros uel iuſtos heredes uiri profugi in bonis, que reliquit profugus, impedire, ſed iudex de hoc certitudinem recipiet, quod mulier et pueri de ſuis bonis profugo, quam diu profugus eſt, nihil mittant, nec quicquam de bonis illis etiam alienent. Verum ſi profugus terram et locum recuperare uoluerit, nec pueri, nec heredes ipſum in bonis ſuis poterunt impedire. Quicumque pro aliqua ſupra dictarum cauſarum ſe proſcribi paſſus fuerit, terram recuperare non poterit, niſi iudici prius ſatisfaciat atque leſo. Item ſi aliquis homo bone fame pro homicidio accuſaretur et notorium fuerit bonis hominibus ac fide dignis in ciuitate manentibus, quod non ſit reus interfectionis, iuſtius cum iuramento ſuo ipſe tercius, dummodo ſint fide digni, ſe defendet, quam ab aliquo ualeat ſuperari: accuſatus autem pro homicidio cum Burgenſibus in ciuitate manentibus ſe defendet. Item omnes, qui in ciuitate Saltwedele hereditates habent, uel adhuc emerint, de quibus ſecundum iura ciuitatis uigilie et exactiones, que ſchot wlgariter dicuntur, uſque ad preſens habite ſunt, uolumus ut deinceps ſine contradictione qualibet de ipſis ſic faciant, ſecundum quod actenus facere conſueuerunt. Item ſentencie coram iudicio inueniantur, ſecundum quod actenus eſt conſuetum. Et ſi aliquis leuitatis ſue cauſa iuſtas ſententias contra iuſticiam increparet, uel manifeſte iniuſtas ſententias inueniret, quatuor ſolidos iudici uadiabit; iniuſtas autem ſententias dicimus, quas iniuſtas eſſe pronunciant communiter Conſules ciuitatis. Si aliquis in furto comprehenditur et furtum minus ualeat quatuor ſolidis, in tormento, quod ſtupe uocatur teutonice, ferietur; ſi uero quatuor ſolidos excedit, pro collo ſuo reſpondeat fur, ſi fuerit deprehenſus. Ut autem hec noſtra conſeſſio ſeu donatio per nos fratremque noſtrum Ottonem juniorem, adhuc minorem annis, noſtrosque heredes firma permaneat ac perpetuo inconuulſa, hanc paginam inde conſcribi fecimus ac ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Teſtes uero huius noſtre donacionis, qui hiis interſuerunt, ſunt hii: Geuehardus de Aluensleue ſenior, Hinricus, pincerna de Donſtede, Hinricus de



Wdensvegen, Hinricus de Heydbrac, Arnoldus de Jagowe, Nicolaus de Wtenowe, milites ac fideles nostri, Geuehardus, prepositus de Saltwedele, Olricus de Konnigemarke, miles, Bertoldus, notarius, Bertoldus, advocatus in Saltwedele, de consilio Civitatis Saltwedele Helmich de Puteo, Thidericus de Snege et alii quam plures. Fuerunt autem hoc tempore Consules Civitatis Saltwedele Cristianus miles, Johannes de Mechowe, Gherehardus Otherti filius, Johannes de Berghe, Johannes de witinghe, Ditmarus de vlsen, Bertramms de Blutmic, Thidericus Cruceman, arnoldus de kalene, Johannes Svederi filius. Datum et actum Plawe, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup>., Septimo decimo kal. Aprilis.

Nach dem Originale des Salzwo. Archives VII, 16.

XVIII. Die Markgrafen Otto und Albrecht bestätigen und ergänzen das der Stadt Salzwedel am 16. März 1273 verliehene Stadtrecht, am 5. Februar 1278.

In nomine Sancte et individue trinitatis. Varietas temporum, multitudo tractatum memoriarum hominum infirmant et ea que fiunt in tempore cum lapsu temporis a recordatione labuntur, nisi litteris testimonialibus committantur. Hinc est igitur, quod nos Otto et Albertus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, volentes jura nostre Civitatis Saltwedel solidare, quedam et ipsis de nouo tradere, ad ejusdem civitatis utilitatem pariter et profectum, Notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod hec jura liberaliter ciuibus antedictae civitatis damus et concedimus perpetuo, secundum quod in subsequenti continetur. Si quis in aquam precipitatus fuerit, et precipitatus hoc tribus burgenibus in ciuitate manentibus fide dignis probare poterit, Reus pro hoc facto manum suam vadiabit, quam si redimere uoluerit, pro ea dabit uiginti talenta, octo iudici, lesio octo, quatuor ciuitati. Item si uir uiduus, habens pueros legitimos, uxorem secundo duxerit, et apud illam sine pueris moriatur, omnium bonorum suorum mobilium medietas cedet sue uxori, reliquam uero medietatem mobilium bonorum pueri ipsius uiri defuncti optinebunt, Exceptis stantibus hereditatibus, que pueris inmortue sunt. In illis enim mulier nichil penitus optinebit. Quodsi uir hujusmodi, de quo dictum est, cum uxore sua, quam secundo duxit, pueros genuerit, tam priores, quam posteriores pueri post mortem uiri tam bona mobilia, quam stantes hereditates diuident secundum iustitiam ciuitatis. Quicquid autem de uiro uiduo, id idem de muliere uidua uice uersa statuimus obseruandum. Item si iudex et Consules alicui, qui suam querimoniam iuste prosecutus est, debent pignus presentare, si quis hoc pignus iudici et Consulibus defenderit, quinque talenta vadiabit, iudici quatuor, Civitati unum, Insuper conquerenti iudex plenam iustitiam fieri ordinabit. Item uir in egritudine sua dare poterit de rebus suis, quantum sibi placet, quamdiu ualet manu propria unam marcam in statera positam, iuste atque rationabiliter trutinare, uerumptamen mulieribus habentibus legitimos uiros, de bonis suis dandis siue ordinandis in egritudine sua, nullam permittimus potestatem. Item si aliquis homo, uel res siue possessio alicujus hominis occupatur, siue detinetur, per iudicem uel per nuntium, qui wigo Woldbode dicitur, Quicumque illam occupationem siue detentionem infregerit, quinquaginta solidos vadiabit, iudici quadraginta, decem solidos Ciuitati. Item si quispiam gladium uel cultellum euaginauerit, uel alia quelibet, que wigo Echge-